



**Libri// Officialis// Sive Agendae S./ Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorvm, 1574**

**VD16 A 766**

Agenda sacerdoti Parocho ante Confessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](#)

## De Sacramento

**Ante confessionem duo sunt agen-**  
**da Sacerdoti parocho.**

**C**um ad confitendum homines accedunt, Pastor cum detestatione  
 suorum peccatorum in templo, super pelliceo & stola (nisi sit  
 religiosus) induitus, vel latem ueste talari, excitet in se desiderium  
 & zelum erga salutem animatum per huiusmodi, aut similem ora-  
 tionem mentalem.

**Ver. Adiutorium nostrum in nomi-**  
**ne Domini.**

**Resp. Qui fecit cælum & terram.**

**Ver. Domine exaudi orationem meā.**

**Resp. Et clamor meus ad te veniat.**

**Oratio.**

**D**omine Deus propitius esto mihi pec-  
 catori, & qui me indignum propter tu-  
 am misericordiam ministrū fecisti of-  
 ficii sacerdotalis, qui que omnes homi-  
 nes vis saluos fieri, non mortem volens  
 peccatorum, sed ut conuertantur & vi-  
 uant, suscipe orationem meam, quā fun-  
 do ante conspectum clementiae tuæ pro  
 peccatis meis, & pro famulis ac famula-  
 bus tuis ad poenitentiam venientibus,

vt

ut des illis spiritum compunctionis, vt  
resipiscat a laqueis Diaboli, & ad te cor-  
de contrito per veram confessionem,  
& dignos pænitentiæ fructus reuertan-  
tur.

**Deus propitius esto mihi peccatori.**

**Deus** sub cuius oculis omne cor trepi-  
dat, & conscientiæ cunctorum paues-  
cunt, propitiare famulis & famulabus tu-  
is, & cunctorū malorum, & peccatorū  
medere languoribus, ut sicut nemo est  
liber à culpa, ita nemo sit alienus à veni-  
a. Per Christum Dominum nostrum.

**Respon.** Amen.

Deinde cum poenitens depositis armis ( si forte illis accinctus ) flexis  
ambobus genibus, nudo capite, iunctis manibus, facto signo crucis.

**¶ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti. Amen.**

fedens ad latus Confessarij, qui manu interposita mutuum aspectum  
impediat, nisi aliud sit inter ipsum & poenitentem, petierit benedicti-  
onem dicendo. **Herr gib mir** **Benedic pater.** vel Germanice  
**den heiligen segen.**

## De Sacramento

~~Benedicat confitenti, & dicat.~~

**D**ominus sit in corde tuo, & in labiis  
tuis ad bene confitendum peccata tua.  
In nomine Patris, & Fi+lii, & Spir-  
itus sancti.

## In confessione duo quoque sunt obseruanda.

**P**ost generalem cōfessionem latino, vel vernaculo sermone dictam  
vsque ad illam partem (**Ideo precor**) finat ea confitentem per se di-  
cere, quæ meminit, vel interroget pro qualitate, & conditione confi-  
tentis secundum ordinem Decalogi: Præceptorum Ecclesiæ, & pec-  
catorum mortalium, maximè Superbiæ, Gula & Accidie, quia alia  
in decem præceptis continentur.

**P**ost confessionem pro dispositione poenitentis consoletur eum spe  
yenæ, vel obiurget, & grauitatem peccatorum ostendat. Et in pri-  
mis inquirat, an sit paratus relinquere statum peccati, ut concubinæ,  
vsuram, artem quamvis illicitam, odia, inimicitias, furta, &c. quia si  
hæc nollet relinquere, vel satisfacere damnis rei, vel famæ, &c. nullo  
modo esset absoluendus.

## Post confessionem item duo.

Cum dixerit poenitens,

**I**deo precor beatissimâ virginem Ma-  
riam, &c.

& petierit Absolutionem ac poenitentiam pro qualitate peccatorum,  
& personarum, quæ eiusmodi esse debet, ut pro præteritis peccatis sa-  
tisfaciat, & ad futura cauenda sit accommo data: **P**ostremo absolu-  
tionem subiungat, dicens.

**M**isereatur tui omnipotens Deus, & di-  
missis omnibus peccatis tuis perducat  
te